

P. FRANCIS, DE MENDOCA SOC. JESU,

# VIRIDARIUM

Utriusque Eruditionis,

SACRÆ ET PROFANÆ,

VIRIDARIUM  
SACRÆ AC PROFANÆ  
ERUDITIONIS,

à P. Francisco

DE

MENDOCA  
OLISIPONENSIS

SOCIETAT. JESU DOCT.

Theolog. olim in Conimbricensi Academia  
Primario Eloquentiæ Magistro, & Philoso-  
phiæ Professori, postea in Eborensi divi-  
norum Oraculorum interprete satum excul-  
tumque.

POSTHUMA PROLES


COLONIÆ AGRIPPINÆ,

---

Apud JACOBUM PROMPER, Bibliopolum,  
unter golden Waagen / Anno M. DCC. I.

*Cum permissu Superiorum*





REVER. mo AC RELIGIOSISSIMO  
in Christo Patri atque Amplissimo Viro  
ac Domino,

D. JOANNI à MERTZEN-  
HAUSEN CELEBERRIMÆ CON-  
gregationis Bursfeldensis è Sanctissimo DIVI BEN-  
EDICTI instituto ABBATI Monasterii S. Ni-  
colai in Braweiler Dignissimo Domino &  
Patrono meo observandissimo.



Everendissime &c. Præsul ac D.  
*Viridarium Francisci Mendoca* in Soc.  
Jesu Viri utraque eruditione, sacra  
scilicet & profana, præstantis iterum  
subit prælum meum, & sacra *Metamorphosi* quadam  
amisso Patre genuino, mihi tutori renascitur quo in  
statu dum compatrem circumspicio, eum, quem de-  
bito meo & observantia intendo, in ipsa Agrippinen-  
si Colonia non video. sed foris feliciter invenio, nec  
mirum quando intra Coloniam plus Arentium quam  
Viridarium, qualia hic meus pupillus, amat, est re-  
perire. Tuum vero Augustissimum (cui Deo aucto-  
re Præpositus es, Monasterium VIRIDARIIS undiq;  
amictum ipsam Agrippinensem Coloniam suavissi-  
me oblectat, quis enim in ea vel ex editiore ædium  
parte prospèctat in villas Romanas, vel extra muros  
per valla obambulans, tuum illud per sex millia pas-  
sum non amice intuetur Braweilerense viridarium  
Sacrum, imo Benedictum? quippe quod unum ma-



# VIRIDARIUM


UTRIUSQUE ERUDITIONIS, TAM  
SACRÆ, QUAM PROFANÆ

A. R. P. FRANCISCO DE MENDOÇA  
satum & excultum.

LIBER PRIMUS.

DE FLORIBUS SACRIS.

*Santissima* NATALIS DOMINI pervigilia  
PROLUSIO.



*N*amœnissimi huius Viridarii limine, statim se offert ille Cant. 1. 24. flos campi, & lili-um convallium? Quid suavius? quid pulchrius. Etsi flores reliqui ad huiusce Viridarii ornatum defuissent, satis hoc uno quidem ornaretur. Habes scilicet ea Bethleemici infantis, seu suavissimi floris pervigilia, qua apud Eborenses diuinorum oraculorum noster interpret luculentis orationibus celebravit. Credo non minorem modò tibi fore in legendo voluptatem, quàm alii quondam in audiendo conceperunt. Invenimus enim flores adhuc recentissimos, quin marcescerent per tot annos; imò colores retinent primos, & odores spirant suos, adhuc.

———— Mater alit tellus viresque ministrat. Virg. 11. *Æveid.*  
Quid miraris ingrediere viridarium: resas sine spina, sine aculeo fas legere, & nectere in fasciculos.

## P E R V I G I L I U M. I.

Votum vo vit dicens: Domine exercituum, si respiciens vide-  
ris affectionem famula tua, & recordatus mei fueris, nec  
oblitus ancilla tua, dederis que serva tua sexum virilem, da-  
bo eum Domino omnibus diebus vite eius & novacula non  
ascendet super caput eius, &c. 1. Reg. 1. 11.